FLORA

№ 23.

Regensburg. Ausgegeben den 31. Juli. **1862.**

Inhalt. W. Nylander: De momento characteris spermogoniorum notula. — A. de Bary: Die neuesten Arbeiten über Entstehung und Vegetation der niederen Pilze. — Gelehrte Anstalten und Vereine: Schlesische Gesellschaft für vaterl. Cultur. — Verzeichniss der i. J. 1862 für die Sammlungen der kgl. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

De momento characteris spermogoniorum notula. Scripsit W. Nylander.

Aeque ac momentum characteris e gonidiis sumpti repudiavit scriptor Massalongianus, quo saepe occupata fuit haec ephemeris, similiter momentum systematicum spermogoniorum denegatum vidimus. De elementis gonidialibus quidem ab eo agnitum fuit, differentias adesse, eas autem serio respiciendas non placet adversario infauste cognito Upsaliensi; nunc opinioni tali valde titubanti salutem modo qualicunque quaerens, ancoram invenisse significavit in invento Schwendeneriano granula gonima membrana subtili involuta observari. Subtilitas vero haecce parum juvat. Videndum erat, anne omnia granula chlorophyllina in gonidiis veris (vel alibi) etiam „membrana" obsoleta spuria obducta conspiciantur. Sed de re alia, haud ita confundenda, agitur, scilicet de differentia gonidiorum et granulorum gonimorum, quaenam differentia ab ejusmodi inventis ac Schwendenerianum citatum minime turbatur minimeque imminuitur.

Quod ad spermogonia adtinet, primus, ni fallor, definitionem eorum organorum dederim distinctionemque a pycnidibus indicavi. Neque bene intelligo, quomodo hodie adhuc Mycologi nonnulli saepe spermatia et stylosporas permiscent vel haud dis-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0389-0

cernere valent, immo de spermatiis loquuntur germinantibus Qanutum mihi saltem observare licuit, Fungis thecasporeis similiter ac Lichenibus applicantur definitiones a me datae (Syn. Lich. p. 38, 43), solummodo formae haud raro aliae in Fungis quam in Lichenibus occurrere constat.

De opinione, quae ventis profusa fuit, spermogonia parasitas sistere Lichenum, hodie vix disputare opus sit. Nec magis retineri fas est opinione alia, quam allatam audivi, spermogonia exhibere apothecia abortu deformata vel degenerata.

Spermogonia differentias offerunt conspicuas. Cur igitur non respicerentur? Nulla ne minima quidem adest ratio cur negligerentur [1]), sicut arbitrio summo statuere voluit unus alterve assecla Massalongianus, campum percommodum sporologicum spermogoniis complicari abhorrens. Arbitrium vero et animus nimis sibi fidens nullius sunt ponderis in scientia. Res naturae in omnibus partibus observandae et concipiendae quales sunt, omnesque differentias aequali attentione dignari vetare frustra tentatur. In spermogoniis autem characteres dantur a diversis partibus, quibus constituuntur, scilicet conceptaculi atque praesertim sterigmatum et spermatiorum differentiis [2]). Reprehendendus est eam ob rem D. Mudd, qui in Manual of British Lichens (Darlington, 1861), spermatia diligenter examinans, sterigmata omnino praetermittit; inutiliter vero de spermatiis verba ut „issning in a dense cloud" perpetuo affert, ea enim nihil exprimunt nisi aliquid omnibus commune, contra solum addita nota sterigmatum character spermogonicus plenius definitur. Qui sterigmata haud simul considerant, hunc characterem rite perspicere non valent.

---

[1]) De spermogoniis statuitur in Fr. Gen. Heterol. p. 36 „nec magni ea duximus." Ea organa sic sibi non convenientia existimans Fries verisimiliter in editione proxima creationis supprimenda ducit.

[2]) Arte sibi omnino solita Fries in Gen. Heterol. p. 34 dicit, me spermatia „novum criterium taxonomicum praedicare", quum de spermogoniis locutus sum, atque addit „simile hoc nobis videtur ac si seminibus plantarum phanerogamarum omne velles exuere systematicum momentum, pollinis modo structuram respiciens." Multo magis honestum fuisset loco „pollinis" scribere staminum, neque insinuare, me sporarum notas negligere. Aegre inter lichenologos satis stultus inveniatur, qui tales crediderit fabulas Friesianas pro usu quodam peculiari domestico vel Upsaliensi forte conscriptas, nam aliter non explicandae videntur, nisi spectent lectores in rebus a Magistro Upsaliensi tractatis non versatos. Et in scriptis Friesianis fabulae ejusmodi frequentissime recurrunt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0390-3

Exemplo hic insigni novo demonstrabo magnum momentum, quem praebent spermogonia, utpote criterium saepe certum sistentia, ubi dubia restant de distinctione quadam.

Psyscia adglutinata (Flk.) in mea Syn. Lich. p. 428 describitur tanquam forte non specie distinguenda a *Physcia obscura* (Ehrh.), quacum sicut varietas omnino adhuc jungitur ab auctoribus recentissimis Anzi et Mudd. Spermogonia tunc a me haud examinata fuerant. Postea autem eadem examini subjiciens, maximam conspexi differentiam adesse. Sunt scilicet in *Physcia obscura* (et varr.) spermatia minutissima oblonga (longit. circa 0,003 millim., crassit. 0,015 millim.); in *Ph. adglutinata* contra sunt spermatia graciliter cylindrica sive longe acicularia (longit. circa 0,018 millim., crassit. vix 0,001 millim.). Ita diversitas manifestissima probatur, nec amplius ullum restat dubium quin sit *Physcia adglutinata* species autonoma et distans, locum in serie Lichenum habens post *Ph. setosam* (Ach.), *Ph. sparsam* (Tayl.) et *Ph. obscurascentem* Nyl. Syn. Lich. p. 429.

Die neuesten Arbeiten über Entstehung und Vegetation der niederen Pilze; insbesondere Pasteurs Untersuchungen. Mitgetheilt von A. de Bary.

I. Generatio spontanea.

Die Anfangs so weit ausgedehnte Annahme einer Generatio spontanea, einer elternlosen Entstehung von Organismen innerhalb der gegenwärtigen Schöpfungsperiode ist mit dem Fortschreiten naturwissenschaftlicher Kenntnisse und Untersuchungsmethoden auf ein immer engeres Gebiet eingeschränkt worden. Seit der Mitte des vorigen Jahrhunderts gilt sie fast nur noch für die niedersten Organismen, welche als Schmarotzer in lebenden Pflanzen und Thieren, oder als die charakteristischen Bewohner todter, sich zersetzender organischer Substanz, wie z. B. der sogenannten Infusionen, gefunden werden; und auch auf diesem Gebiete hat sie immer mehr an Boden verloren, je mehr man die in Betracht kommenden Organismen und besonders ihre Entwicklung genau kennen lernte. Es wurde eine stets wachsende Zahl von Einzelfällen der Gen. spontanea entzogen, und theilweise selbst solche, die auch genauen Beobachtern eine Zeit

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0391-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1862

Band/Volume: 45

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: De momento characteris spermogoniorura notula 353-355